

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Opactwa Św. Floriana Austria (Stiftsbibliothek St. Florian), sygn. 551/XI, k. 45v–46

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 35 [Gn. 32]

[35] Si<sup>a</sup> aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneraverit in festo recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic queruletur cum prolocutore: „Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit municipia vel in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et in bonis meis, [k. 46] et me vulneravit, dum in me pacem fregit. Tunc vidi ego ipse ipsum in persona propria et proclamavi eum cum clamore, et ipsum captivum hunc ad iudicium adduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audierunt, et cum meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sententia requiro, quod hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc adversarius relictam petat satisfacionem pro hac querimonia, et dicat se de facto innocentem. Ille, qui ipsum captivum in manifesto facto detinuit et facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus cum testimonio evadere possit. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, ille solvet collum, si est quot homicidium, vel manum, si vulnus est duellare, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto perduxerit. Pro teste potest quivis vir alteri stare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre et filio, fratre et mercenario.

<sup>a</sup> zostawione miejsce na ozdobny inicjał S wysokości dwu wersów, zaznaczone niewielkie s

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynku, świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]